3. Orsus & Ocasus *Heliæc* colligetur ex majore, vel minore distantia Sideris à Sole. Requirit autem Stella Prima Magnitudinis distantiam 12. graduum: Secunde Magnitudinis 13. G. & sic deinceps. Planete minimum 16. G. removeri debent à Sole, ut oriri *Heliæc* possint: prater Venerem, quæ s. gradibus contenta,

PROBLEMA. XIV.

Amplitudinem Orientam, & Occiduam eiusque Sideris ope Tabule vestigare.

Imponatur Planum Tabula alicui mense, vel cuicunque Plano ad Horizontem parallelo, in quo Linea Meridiana ducta sit (hanc autem ducere Tabulæ beneficio doceat Problema 41.) ita ut applicata ad B, brachio cuspidi filum Perpendiculi, & Linea BI, exactè cum Linea Meridiana congruât. Quid si tunc per Pinnulas versus Orientem vel Occiduum prospectans Astrum aliquod in Horizonte deprehendas, erit illud in Ortu vel Occasu Vero seu Äquinoctiali, nec ultam admittet Amplitudinem.

Quod si datum Astrum sic aspici per Pinellas non posuit, tum modicè attollendum erit filum, & sub illo rotanda Tabula in mensa jacente mandu, donec posuit aspici: diligentissime interim curando, ut filum ex B, egrediens perpetuo congruat Linea Meridiane. Et erit, quod operas. Gradus enim in ED, à filo abscissis est Amplitudo quæsita. Demonstratio partum ex Constructione Tabulae, partim ex Definitione Amplitudinum eluet.

PROBLEMA. XXV.

Ubi, & quando videri Eclipses possint.

Si Problema in Titulo nostra Tabula proprie-
nitur. Positum ita dicere: *Dato Ecliptico tempore in uno loco, quoniam sunt loca, in quibus tota, in quibus nihil illius, in quibus initium tandem, aut finis eius, & quibus abique horis videri possit, in Tabula exhibere.*

Ad hanc, quā in suo loco comperisti Eclipsin sumpturam Initium (Medium vel Finem) operare in Plano Tabulae, ut *Problema 16.* postulat. Deinde concipe motam esse Seriem Horarum Mobilium, ita ut data insistat tuo Meridiano. Ex eis erit Propositio. Nam ita palam erit, ubi in eorum terrarum Orbe sit dies, ubi nox, ubi initium, medium, finis utriusque, & dum in tuo loco est hora ista, quenam ubique alibi.

Est autem universalis regula, videri Eclipses, *Lunari* quidē in solis locis, sed omnibus, ubi & quandoī est Nox, refractionibus parūm hoc Phænomenō pro annoventibus: *Solarē* verò solum in ijs, ubi Dies est, et non in omnibꝫ. Aio non in omnibus, lī videlicet in ijs tantum, ubi non obstant Paræ axes. Nempe Luna multò vicinior est Terra, quam Sol. Igitur dari possunt aliqua loca etiam diurna, ex quibus eodem momento, dum alibi agitur Eclipsis Solaris, transmitti possit, obtrutus inter corpus Lunare inferius, & Solare sublimius, quo casu nulla videbitur in Sole Defectio.

Et hoc voluimus, cūm in Tabula Canonone ultimo diximus: videbitur enim *Eclipsis Lunaris per loca nocturna*, *Solaris per diurna*, adiecto li. &c. videlicet, ubi non obstat Parallaxis. In

Exemplum adduco duas Eclipses hoc etiam anno futuras, quarum altera *Lunaris* constingit 18. Novemb. altera 4. Novemb. *Solaris*.

Lunaris. Nota sic ex Ephemeridibus (vulgaria Calendaria parūm conferunt) condicte Eclipticos dies, scilicet 18. Nouemb. nota sit & hora, nempe sub eius Initium Ingolstadtij media circiter 3 post Meridiem, sub Medium hora ferè 4. sub Finem quadrans post 5. prope Verum.

Ergo exhibetur, ubi Terrarum sit visendum Eclipticos tunc Principium, promoveo Seriem Horarum Mobilium in sinistram, donec Ingolstadiensi Meridiano incumbat media tercia. Sic video Solem esse in Meridiano illo, qui per Insulas Capitis viridis incedit, & quidem Solem esse illo momento Verticalem circa Brasiliæ littora. Ad hoc punctum describo per citatum *Probl. 16.* Linæam aliquam, seu Horizontem quendam Solarem, loca diurna à nocturnis dividentem, crünq; loca intra hunc Horizontem contenta, diurna, & circa posita verò nocturna. Incedet autem una

parte huius Horizontis Solaris, videlicet noctem trahens, à Norvegia per Pontum Euxinum, & Arabiam felicem versus Terram Australem Incognitam; viā propemodum rectâ: pars altera, diem invehens, à Fretō Davis per Hispaniam Novam, ac Mare Pacificum, icidem uersus incognitam Austriā.

Ergo videbunt Principium huius Lunaris Eclipticos quicunque ab Arabia felice usq; ad Hispaniam Novam inter has Lineas continentur, ut est: Asia & America Septentrionalis ferè toca, reliquo orbis Principium non spectabili. Quod si libeat scire, quinam populi Medium ac Finem conspiciunt, confitue Horā Medij vel Finis ad tuum Meridianum, & operare, ut prius. Ita intellige, Eclipticos Finem spectaturam iri in Africa citra M̄thyopiam, in Europa citra Hungariam, Livo-niamque posita, in Groenlandia item, & Fretō Davis. Et quidē Ingolstadij ante medium quisita sub aspetum veniet.

Non videbunt America Australis, Mexico, Florida, Nova Francia, Insulae Pacifici & Indici Maris. Tota duratio non adequaret 3. horas, summa obscuratio erit digitorum Eclipticorum (dividimus enim Diametrum Eclipsati corporis in 12. partes sequales, hásque digitos vocamus) juxta Ricciolum 5. G. 16. M. juxta Hecherā 7. G. 8. M. 23. S. Argolum 6. G. 45. M.

Solaris. Nota sic dies, videlicet 4. Novemb. huius anni; nota & hora, videlicet sub Initium Eclipteos, si Ricciolum sequimur, quadrans plus minus post 2. à Meridi; sub Finem quadrans ante quartam.

Ergo constituo horam Initij (idem erit proportione de hora Finis) videlicet quadrantem post 2. ex Mobilibus ad meum Meridianum, & operor ut ante, ubi ferè idem prodibit Horizon Solaris. Et intelligam initijum Defectus in Sole futurum spectabile circa littus terræ de Labrador in America Septentrionali, in Nova Francia, in Islandia, Groenlandia. Visum iri præterea in Europa; Africa & Ameriæ partibus Australibus ultra 15. gradum Lacitudinis non abjectis; in Insulis Oceani Atlantici, & Capitis Viridis ac circa has Insulas, & Groenlandiam pendentes erit. Totalis autem occidet in Abissinorum desertis.

Nihil illius videbunt Asia, America Borealis, ultra Novam Hispaniam sita, Insulae Maris del' Zur & Pacifici. & quisquis locorum, aut Borealis Latitudinis, &c. G. aut Australis 16. G. excedit.

PÄRERGA ASTRO-NOMICA.

- I. Nullus Planetarum vel uno tantum anni die mouetur in Äquatore, sed neque in Tropicis illius.
- II. Sol in Mense Decembri est nobis longè vicinior, majorēmque in Terris æstum ciet, quam æstate media.
- III. Credibile est Solem motu diurno incedentem quovis minuto a. temporis (quod nictum oculi adæquat) plus spatiij in Cœlo conficerere, quam conficeret Nuntius integro octiduo, qui singulis diebus octo milliaria Germanica percurret.
- IV. Si ad Solem fortè in Horizonte subsistenter hæmeretur pons planissimus, nemo Cursum à Sole contendens ad nos superaret pontem ante lapsum 87. annorum. 231. dierum, et si quotidie 1000. millaria Italica, id est 250. Germanica conficeret: contendens verò à nobis ad Solem, ne totâ æternitate quidem hunc pontem emergetur.

ARTICVLVS III.

Problematæ Geographica.

PROBLEMA. XXVI.

Longitudinem cuiuslibet Loci in Tabula dati dicto citius indagare.

Nihil memoro de ijs, que Tabulam vix insperata sponte occurruunt, videlicet, que Regiones, aut Loca in Terraque hac Superficie sita loco tuo ad Ortam, Occatum, Meridiem, Septentrionem: versus quam mundi plagam dirigidunt iste, ut ad loca destinata pervenias: per mare, an terras; quem suum, quam figuram,

quem ad se ordinem teneant Vibes, Regna, Oribus partes, maria, omnia. Problema sic resoluitur.

Tende filum Perpendiculi per Locum datum ac totam Tabulam ad Linas Horarias perpendiculariter, seu quod idem est, Meridianis parallellum, gradus à filo in Linea DK. abscessus est dari Loci Longitudo, seu Distantia eius à primo Meridiano.

Conclavium.

Éadem opera scis, quenam alia Loca cum tuo, cuius Longitudinem invenisti, eiusdem sint Longitudinis: nimur omnia illa, quibus tunc idem filum incubat. Est autem Locis sub eodem Meridiano sitis, eodem momento Meridies, itemque media nox; at non eodem tempore Hycus, vel Astas &c.

PROBLEMA. XXVII.

Latiitudinem cuiusque Loci in Tabula expressi momento deprehendere.

Tende filum per Locum ac totam Tabulam Linas Horarijs parallellum: Gradus in Linea CD, vel CE, abscessus est, Latitudo Loci, seu distantia eius ab Äquatore: in CD, Borealis; in CE, Australis.

Conclavium.

Éadem opera cognosces, quenam alia loca eadem habeant cum loco dato Latitudinem, atque adeo etiam Poli Elevationem. Nimur omnia illa loca, per quae id filum incedit. Habent autem loca eundem Parallelum Äquatoris incidentia, eadem Dierum & Noctium incrementa, eandem anni tempestatisque varietatem &c. Rursus que magis ad Ortum sita, cito nascuntur diem; que ad Sinistram, tardius.

PROBLEMA. XXVIII.

Quemcumque locum cognitâ eiusdem Longitudine & Latitudine Tabula inscribere.

Hoc Problema Conuersum est duorum proximè præcedentium; nec in praxi à Problema 20. diversum. Quare per inventum in CE, vel CD. Latitudinis datu gradum, perque totam Tabulam tenditur filum ipsi Äquatori CI, parallellum, item aliud filum per inventum in DK.

CAPUT TERTIVM.

DK. Longitudinis gradum, p[er]que totam Tabulam ipsi DK. parallelum: ubi autem se fila secabunt, fiat punctum, & adscribatur numerus Locis, & stabit propositum.

Hac arte sua omnibus Mappis Loca inscribuntur, sicut sua Astrolabijs Sidera.

PROBLEMA XXIX.

Longitudines Mapparum à Diversis Meridianis initas cum Longitudinibus Ricciolis comparare.

Ricciolus, ut à Principio diximus, Primum per Palmam Insulam, ex Canarijs unam, Meridianum traxit: ceteri vel per Teneriffam ex eisdem Fortunatis, ut nos in Tabula Nostra Universali, vel per Insulā S. Vincentij Hesperidum, vel Pici Azoridum, vel Corvi Azoridum. Absolutivit[er] ergo Problema, si

Gradus ac minuta, quibus hi Meridiani discrepant à Palmari, addantur, vel subducantur Ricciolis Longitudinibus. Sunt autem Differentiarum Gradus

| Addendi, si per Insulam Teneriffam Canar. | G. | M. |
|--|-----|-----|
| | 2. | 0. |
| 5. Vincentij, Hesp. | 7. | 10. |
| Subtrahendo, Pici, Azoridum | 8. | 50. |
| Si per Insulam Corvi, Azoridum. | 11. | 30. |

Exemplum. Cupio scire, cuius Longitudinis sit Ingolstadium ad Riccioli mentem, que juxta Tabulam nostram, in qua à Teneriffa iniuvimus Longitudines, est graduum 32. 23. minutorum. Addo duos gradus, & prodit Longitudo 34. G. 23. M.

Aliud Exemplum. Cupio scire, quot graduum sit eadem Longitudo Ingolstadiensis respectu Palmæ, quo in Mappis ab Insula Corvi initis comperitur esse Graduum 45. 43. Minutorum. Subtraho 11. G. 20. M. & prodit Longitudo 34. G. 23. M. requisita.

PROBLEMA XXX.

Differentiam Longitudinum ac Latitudinum duorum locorum in Tabula invenire.

Longitudinis sic invenies. Per duo Loca agrotam Tabulâ secundâ duo fila, vel idem

repetito ductu filum per utrumque locum parallelicè ad Meridianos; quique in linea DK, intercipiuntur Gradus, erunt Differentia Longitudinis qualitas.

2. Differentiam Latitudinis hoc modo. Per duo Loca, ac per totam Tabulâ tende duo fila, vel idem filum per utrumque, ad lineas horarias parallelices, crùntque intercepti inter duo fila in linea CD, vel CE, Gradus Differentia Latitudinis, quæ indagabatur.

Vet si mavis, subtrahe minorem Longitudinem ex Majori, Residuum erit Differentia postulata; idem de Differentia Latitudinum datum esto.

PROBLEMA XXXI.

Distantiam duorum Locorum in Tabula duorum in Gradibus cognoscere.

Si duo daraLoca sint in eodem Meridiano sola Latitudine diversa, vel in Äquatore sola Longitudine differentia, tunc ipsa Differentia Latitudinis vel Longitudinis dat Gradus Distantiaz, & quidem Gradus Circuli maximi, hoc est, eiusmodi, quorum siuguli valent 15. mill. Germ. vel 60. Italica, seu Astronomica.

Quod si duo Loca, sola Longitudine diversa, sint in uno aliquo Parallello, tunc quidem Differentia Longitudinis dat Gradus Distantiaz, sed non eiusmodi Gradus, quorum unus 15. mill. Germ. vel 60. Italica exæquet, quippe minoris Circuli.

Quod si nec in eodem Meridiano, nec in eodem Parallello, aut Äquatore sint Loca, adeoque & Longitudine & Latitudine dissident, tū verò peritiores Geometra nō runt, quām arduis sit res negotij, in Planisphaerij Propositum confidere.

Evidenter in Globo, facetas, res omnia est facilissima: solum enim pongo duos Cincini pedes in duobus in Globo datis Locis, & eosdem invariato Cincino pedes applico ad aliquem Circulum maximum, & intercepti Gradus sunt ipsissimi Distantiaz Gradus; & quidem, quorum singuli dant 15. Mill. Germ.

Ne verò aut Tabula h[ic] manca, aut fracta industria videri nostra possit, sic habe.

1. Describe s[ic] in Tabula unius è datis Locis (vocabemus Locum A.) Horizontem per Probl. 10. precedentem,

2. Huic

2. Huic Horizonti due Parallelam Lineam, five Almucanharā, transcurrentē per alterum Locū B, juxta nostrum Postulatum 2. quæ alius ibi fecerat Meridianum Loci A, & erit Problema.

Nam gradus in Meridiano Loci A, intercepti inter ipsum Locum A, & punctum sectionis sunt ipsissima Distantia horum Locorum in Gradibus, & quidem in Gradibus, quorum singuli valent 15. mill. Germ.

Ut autem Gradus hos interceptos excepimus, prehendas, operaberis, ut in Problemate.

Quemadmodū enim omnia Horizonis puncta equaliter distant à Loco A, ut super demonstratum est, sūntque omnes Arcus maximorum Circulorum ex illo in Horizonte securrentes aequaliter, scilicet 90. Graduum: ita omnia puncta datæ Parallelæ (per definitionem Parallelarum) equaliter distantia à Horizonte etiam aequaliter distabunt à Loco A. Ergo si unum huius Parallelæ punctum in quo Meridianum secat, distat à Loco A, tot vel tot Gradibus (qui ex Constructione in Meridiano semper in promptu sunt) coridem Gradus distabunt eius Parallelæ puncta etiam reliqua; ergo etiam punctum quod jacet in Loco B.

Exemplum. Cupio scire, quot Gradibus Circuli maximi distent Ingolstadium & Constantinopolis.

Ingolstadiensis Horizon in Mappa ductus iam est. Ducta autem Parallelæ per Constantinopolin secat Meridianum Ingolstadiensem ad littora Africæ: ab hoc sectionis puncto usque ad Locum datum in eodem Meridiano intercipiuntur Gradus 16. & 40. M. tot ergo Gradibus Circuli maximi dico distare Ingolstadium Constantinopoli, qui conversi in Milliaria, conficiunt Millaria Germ. 350. Italica 1000.

Constatvamus.

Hoc ingenio omnium facile Parallelorum Gradus ad Gradus Circuli Maximi, & quidem Meridiani, revoces, sine ulla molesta Sinuum supputatione.

PROBLEMA XXXII.

Cognitâ Distantiâ de prædictis Locorum in Tabula datorum in Gradibus, eandem in milliariis cognoscere.

Problems Problemata brevius sic efferte: *Gradus* 2. *Locum in Millaria converto.* 1. Gradus Circuli maximi multiplicata per 15. & habebis Millaria Germ. (vel per 60. & habebis Italicas). Quod si Gradus adhaerente Minuta, dividala per 4. & habebis mill. Germ. Fit multiplicatio per 15. (& 60) quia utra Gradus Circuli maximi in Terra longè Geographorum experientiâ deprehensus est æquivalere 15. ut dixi, milliaribus Germ. (& 60 Italicas.) Toties ergo erit Distantia aliqua Milliarium Germ. quoties pro uno Gradu accipere habes Quadratum. Fit divisio per 4. quia quatuor eiusmodi Minuta faciunt unum Milliare Germanicum. Tot ergo sub Multiplicitate latenter Millaria, quot sub iisdem latente Quadratis.

2. Quod si inventi Distanciae Gradus non sint alicuius Circuli maximi, ut contingit, eum uterque Locus datus in uno Parallelq. jacet, tunc vero prius Gradus Circuli illius minoris converti stne in Gradus Circuli maximi; idq. vel beneficio Tabularum ad id factarum, vel ope Problematis proximè antecedentis, vi cuius per eisdem Corollarium conduntur hæ Tabula.

PROBLEMA XXXIII.

Ad datum in Tabula Locum Antipodes reperi.

Uare Meridianum, qui 130. Gradus Longitudinis distet à Loci dati Meridiano, in cōque numeri ab Äquatore versus alterum Polum tot Gradus, quot Gradus sunt Latitudinis Loci dati versus alterum Polum.

Hæc enim industria invenitus punctum à Loco dato 130. G. Circuli maximi remotum.

Exemplum. Sic Antipodes nostros reperiemus in Terra Australi Iacognita ad Meridianum, cuius superat 210. G. adscript⁹ est, in puncto * notato.

PROBLEMA XXXIV.

In quatuor Parallelis, vel Climate quævis Loca versentur; quinam ad datum Locum Periaci, vel Antæci; ubinam genti⁹ Afric⁹, Ampibysij, Heteroscij, Periscij.

1. Per Locum datum, pérque eotem Tabulam excende filium ad Lineas horarias parallelum, & filium hoc tangentem Lineam Hilli,

CAPUT TERTIUM.

numerum Climatorum, & Parallelorum quoslibet, tam novo, quam veteri stylo computatum.

2. Eruntque ad eundem datum Locum *Periacis*, quicunque sub filo jacent; iij maxima, qui in eodem Parallello 180. G. disjuncti degur.

Anas sunt, quoscunque tangeret filum, quod per Antipodas dati Loci ad Lineas Horarias parallelum tenderetur; ac præsentim iij, qui eundem cum dato Loco Meridianum colerent.

4. *Afios* ut reperias, vide per *Probl.* 15. quidamnam aliquando Sol esse Verticalis posuit: ut *Amphistios*, vide, quibus eodem anno Verticalis ire bis posuit: ut *Heterostios*, quibus numeram posuit, & erit intentum. Quæ omnia partim ex Constructione, partim ex Definitionibus plana sunt. Sic

Exempli gr. Ingolstadium intelligemus versati prope *Parallelum* 16. adeoque ad marginem *Climatorum* & *Novo Stylo*, vel 6. *Antiquo*. Eruntque nobis *Periacis* aliquam saulti ex Ungaris, ex ijs, qui Macotidem accolunt, ex Tartaria Australioribus, ex Americanis cum circa Navadam, cum in Nova Francia, in Insula Terra Nova sitis &c. Sic *Anas* nostri forent, qui forte navi ad Promontorium Terræ Australis è regione Promont. Bonz Speci devenerentur &c.

Denuo Afios deprehendimus omnes eos, quicunque mortaliū *Zemam Terram*, ipsosq; Tropicos incolant.

Amphistios, quicunque Afiorum tandem non ipsi in Tropicis vivunt.

Heterostios verò videbimus esse non solam nos ipsos, sed omnes, quæ quo in alterutra *Zone*.

*Tempore dulci zistis frigorisque mediocriter frui*mur.

Denuo Peristios erunt, quoscunque rigidior fors ultra Circulos Polares abjecit: cuiusmodi sunt multi ex ultima Islandia, seu Thule, que Norvegia, è Regno Gog, seu Vng, ex Geoclandia plerique, è Lappia omnes, &c.

PAREGIA GEOGRAPHICA.

I. Terra non occupat plus spatij Tempore Hyberno, quam Aestivo tametsi demus, quod nonnemo expertus se ait, Terram in Hyeme intumescere,

- II. Est Locus in Terris, ubi Sol duntaxat in anno semel oritur, semel occidit. Et
- III. Vbi aliquando Sol simul oritur, simul occidit. Et
- IV. Vbi Aestas gemina, & Mæsis gemina quotannis.

ARTICVLVS IV.

Problemata Gnomonica.

PROBLEMA XXXV.

Horam Diei cognoscere.

In calce Tabulae Regula 2. sic habet. *Mores* Diei ut reperias, Apicem Brachiolis semper collocata in eo punto trianguli BCD, in quo Linea transversa locum Solis in *Zodiaco* representans, & Linea ex B, ducta Elevationem Poli exhibens concurrent. *Tum Gemmulum Perpendiculū applica a Gradu data Elev. in Recta GH, tam & Radios Solis per Pinnacidum F, ad G, in Aestate in Hyeme vero per G, ad F, transmittas, Gemmula signabit Horam Quartam.*

Brevissime dixeris hoc modo. Rectificata per *Probl.* 1. Tabulâ, transmitte Radiū Solis per Pinnacidia FG, in Aestate, vel GF, in Hyeme, & Gemmula signabit Lineam Horariam petitam.

PROBLEMA. XXVI.

Datæ Horæ in uno Loco, que sunt Hora in alijs Loci indagare.

Onus curiosissimum est hoc Problema. Moventur, vel cogitentur moveri, Horæ Mobilæ ad MK, posita, ita, ut hora data insistat Meridianu Loci dati; & videatur, quæ tunc alia Meridianis insistat ex Horis Mobilibus: ea enī tunc erit hora in omnibus locis sub eo Meridianu sitis. Vide in Tabula Canonem III.

Posset series horarum istarum excindiri, reque ipsa non iniucundè moveri, cum seriat in modum, quo nonnulli Menses, & Mensium Dies evolvere consueverint. Sed tunc plures eiusmodi series (in membrana ex. gr.) exarari, atque innecti oportet, ut, dum Hora quæpiam abscedat in M, mox eadem videatur emittare in K.

PROBLEMA. XXVII.

Horam Oriens & Occidens, atque una Longitudinem Dierum ac Nuitum in quo-

PROBLEMATICA GNOMONICA.

31

in Parallelis, quovis anni tempore, ope Tabula condiscere, nullo Solis radio conspectu.

Ferune, magni Nominis Mathematicum diu multumq; percogitasse, ecquid demissum Horologii Solaribus faciendum, Sole post nubila delapsa: tandem id verò statuisse, nihil omnino fore satius. quād exspectare, dum pulsis Caelo nebulis Orbi serenus redcat. Nos rem Parallelis felicius meditati videamus. Nam Horologium Solaris hoc nostrum non sereno tāgūm, verum etiam turbido Caelo usus habet nec vulgares, nec paucos; ut cū ex hoc Problemate, tum alijs sequentibus (nē de primis precedenti discamus) fieri perspicuum. *Videtur*

1. Rectifica Tabulam per Problem. 1.

2. Sine Perpendiculis defluere liberum, ad Lineas Horarias parallellas, & erit quod optans nam filum metra habit ad HK, horam, quā illa die oriatur, que tibi occidat Sol: & ad MN, Longitudinem Dici, ac Noctis. Hoc ipsum breviter insimulatus ad caleem Tabulae, Canone IV. Atque ita.

Exempli gratia Videbis 23. Aprilis, hoc est Sole in 3. g. Tauri consistente, Ingolstadij horā Orrēs eff. V. Occasus VI. Longitudinem Dici eff. Horarum 14. Noctis 10. circiter.

Conjectariam.

1. Hac arte invenies Tempus Semidiurnum omnium Parallelorum.

2. Eadem operā Tabulam Temporis Semidiurni pro singulis Parallelis conficies, que nihil est aliud, quād Catalogus exhibens dimidiam partem Horarum cuiusvis dici in singulis Parallelis. Qualis nobis sequens exiit, Tempus Semidiurnum complexa, saltem in illis Parallelis, qui in Tabula nostra expressi sunt.

Exhibit autem hac Tabella Longitudines Semidiurnas omnium Dierum totius anni; cum tamen in Tabula Nostra Universali non nisi Longitudines quoz; Maxime adnotata sint, hoc est, quoz in Hemisphario Boreali eveniunt, dum Sol ad Tropicum Canceris in Australi, dum idem sua ad Tropicum Capricorni stativa habet. Et verò nec decuit, nec oportuit aliter.

TABELLA

Continentis Tempus Semidiurnum pro Parallelis nostris Tabula Borealis. Nam Australis resiliens subtrahit Horā Borealem ex horā 7.15.

| | I. | II. | III. | IV. | V. | VI. |
|-------|-------|-------|-------|-------|-------|-------|
| | G. M. |
| 30.45 | 49.0 | 58.30 | 63.20 | 59.45 | 66.30 | Lati- |
| 30 | 6 | 6 | 6 | 6 | 6 | 6 |
| 6 | 3 | 6 | 6 | 10 | 11 | 17 |
| 6 | 6 | 6 | 11 | 15 | 21 | 24 |
| 9 | 6 | 9 | 16 | 23 | 32 | 33 |
| 12 | 6 | 11 | 16 | 31 | 38 | 42 |
| 15 | 6 | 14 | 27 | 34 | 48 | 53 |
| 18 | 6 | 17 | 33 | 47 | 57 | 4 |
| 21 | 6 | 20 | 38 | 55 | 7 | 15 |
| 24 | 6 | 23 | 44 | 7 | 17 | 26 |
| 27 | 6 | 25 | 49 | 10 | 26 | 39 |
| 30 | 6 | 28 | 54 | 17 | 36 | 40 |
| | | | | | | 3 |
| 3 | 6 | 31 | 58 | 25 | 46 | 52 |
| 6 | 6 | 33 | 47 | 33 | 55 | 9 |
| 9 | 6 | 35 | 9 | 40 | 5 | 20 |
| 12 | 6 | 38 | 15 | 47 | 14 | 38 |
| 15 | 6 | 40 | 19 | 54 | 23 | 42 |
| 18 | 6 | 42 | 24 | 8 | 33 | 54 |
| 21 | 6 | 44 | 28 | 8 | 42 | 5 |
| 24 | 6 | 46 | 32 | 15 | 51 | 17 |
| 27 | 6 | 48 | 36 | 21 | 0 | 27 |
| 30 | 6 | 50 | 40 | 27 | 9 | 40 |
| | | | | | | 0 |
| 3 | 6 | 52 | 44 | 8 | 33 | 50 |
| 6 | 6 | 54 | 47 | 8 | 38 | 10 |
| 9 | 6 | 55 | 7 | 50 | 43 | 12 |
| 12 | 6 | 56 | 7 | 53 | 8 | 22 |
| 15 | 6 | 57 | 7 | 55 | 8 | 32 |
| 18 | 6 | 58 | 7 | 57 | 9 | 42 |
| 21 | 6 | 58 | 7 | 58 | 9 | 51 |
| 24 | 6 | 59 | 7 | 59 | 9 | 58 |
| 27 | 7 | 0 | 8 | 0 | 9 | 59 |
| 30 | 7 | 0 | 8 | 0 | 10 | 0 |

CAPUT TERTIVM.

PROBLEMA XXXVIII.

Datā Solis supra Horizontem Altitudine, quæcum Horæ sit, edicere.

Hoc quoque Problema citra conspectum Solis absolvitur.

1. *Duc ex B, per gradum datæ Altitudinis Solaris in C, tempore Astatit; in CD, tempore Hymis invento, tenuem lineam quantumlibet longam.*

2. *Rectificat Tabula per Probl. 1. exinde Perpendiculum ita, ut ducere recens lineæ, quantum fieri potest, jaceat parallelum. Tunc enim Gemmula signabat horam desideratam.*

Exemplum. Profundo carcere defossus Caius Astronomus scire horam cupit, cui id unum respondit, Solem ad 67. G. & M. extare Horizonte. Ergo disposita ad Locum & Diem Tabula (ponamus in Nova Francia Locū, Diem autem 22. Iunij) eaque secundum nunc dicta usus Astronomus, videbit Horaam esse XII. ac quidem conspectu mīhi Solis.

PROBLEMA XXXIX.

Datā Dīi quacunque Horā de Solis Altitudine pronunciare quovis anni tempore.

Hoc Problema convertit antecedens. Quare extenso Perpendiculi filo ita, ut Gemmula horæ data respondeat, ducatur ex B, Linea filo parallela: hoc enim absindet in CL, per Astatitem, in CD, Hymis tempore, gradum Altitudinis qualitum.

Conclavium.

Atque hæc industria excitari possunt Tabellæ Altitudinum Solarium pro quacunque Elevatio- ne Poli ad anni dies, dieisque horas singulas.

Peragitur denud totum negotium ope Horologij huius Solaris, Sole ubivis latente.

PROBLEMA XL.

An ante, an post Meridiem, an in ipso versus Meridie explorare.

Operare velut indagaturus dīi horam, idque bis, tunc: & vide, quod in quavis expectatione absindantur in ED, Gradus: si quidem maior & major prōdeas pumacis Graduum, ante-

meridianum tempus est; aut tunc saltem fāc, cūm explorare incepisti: quod si numerus eveniat minor ac minor, pomeridianū tempus erit; illud certe, quo absolvit operationem. Ut priūm autem Gemmula Linēam hortā i.e. tetigit, Meridies erit. Idem de Meridie Stellarū indagando dictum esto.

Nempe per universum mundum, si sola puncta Polaria excipias, quotidianū Sol tamdiu ab Horizonte evadit aliorū atque aliorū, donec jam strissimū Meridianū attingat, ibiique Meridianū efficiat: semel atrem Meridianū transgressus, continuo humilio fit, atque depressior, usque ēd, dum penitus in Horizontem subsidat; at vel ex pristinis Cosmographiis Elementis liqueat.

PROBLEMA XLI.

Lineam Meridianam in Plano Hortozonali ducere.

1. *Explorare precedens Probl. Meridiū, hoc est, horā Duodecimā rā exacte, quām posse, sic, ut Tabula Umbra inter operandū cadat in Planū illud, cui Meridianū inscriptum velip.*

2. *Quām primū Perpendiculi Gemmula horam 12. monstraverit, & Tabula in tuo Plano Horizontali suā Umbra Linēam Rectam projectetur (sic enim eveniet, si proba sit operante) quāzocytū duo illi Umbrae prædicta imprime, tam à se distantia, quām & Umbra, & Planū admiserit. Remota enī Tabula, si à puncto ad punctum Linēam Rectam duxeris, erit illa Meridiana.*

Omittio, quo modo obtentā semel unā, v.g. in tecto, vel horto Meridianā, mox ad omnia domūs eōnclavia, Soli meridianō pervia, innaret transferri possint.

PROBLEMA XLII.

Horam Noctis ex Stellis indagare.

1. *Rectifica Tabulam ad datum Locum, & Scellam ex tribus hic subjectis unam perfide, atque per Problema 1. rectificares ad Solēm, si in eodem gradu Signi versarot.*

2. *Per Pinnulus G F, (tam in Hymē quām in Alstate) inspicie Scellam assumptam, & vide in quam Linēam Horariam incidat Gemmula: inveniā horam sedulū adnotando. Valet autem*

sumeret horātius superior, quamdiu Scella data non attigit Meridianum; inferior, postquā attigit.

3. Subtrahē de inventa hora, quantum opus, residuum (ab) est 21. quoties possunt herit hora Noctis qualitas.

Sclegimus autem stellas, quārum certè unam semper obtinebis ab Horizonte, ubiunque locorum fueris, modò ne Polo Antarcticō nimirū vicinus: ut est: G. M.

| | | | |
|--------------------------|-------|--------|------------|
| * <i>Oculus Tauri</i> | 15 39 | obser- | 15. Nov. |
| * <i>Arcturus</i> quā in | 21 18 | vatur | 21. Apr. |
| * <i>Aquila</i> . | 7 52 | Die | 11. Iulij. |

De subtractione horarum ex horis in Tabula inventis sic statue: Si obseretur *Oculus Tauri* circa diem 25. Nov. vel *Arcturus* circa 22. Aprilis: vel denique *Luctuosa Aquila* circa 11. Iulij, nulla sit subtractione; tunc enim Sol semper erit in loco datus Scella opposito; sic, ut si inveniatur in Tabula Hora Noctis ex. gr. XII. planè Sol occuperet Meridianum inferiorem, quemadmodum Stella assumpta occupat Meridianum superiore.

Ceterum quia Sol mutat suam Longitudinem quotidie ferè uno gradu, adeoque spacio 15. die-
tum, 15. gradibus: hinc decimis quintis quibusque diebus una hora citius redibit ad idem punctum cœli fixum Stella, quām Sol: spatio unius Mensis duabus horis citius: spatio duorum Mensium 4. horis, &c. proinde haec horas subtracte-
erunt pro numero dictum vel Mensium à statim terminis elapsorum: scilicet à 25. Novembris respectu *Oculi Tauri*, à 12. Aprilis respectu *Ar-
cturi*, ab 11. Iulij respectu *Aquila*.

Exemplum. Cupio scire Ingolstadij Horam Nocturnam, 11. Augusti.

1. Rectifico Tabulam & ad Locum istum, & ad Lucidam Aquilæ perinde, ac si disponerem ad Solem in 7. G. 52. M. Declinante ab æquatore.

2. Per Pinnulas GF, inspicio Aquilam, & video Gemmulam signare Horam in Tabula ex. gr. XI.

3. Nam quia ab 11. die Iulij dilapsi sunt facile dies 30. ideo subtracto horas duas, & ajo Noctis horam nostratem esse IX. Ab his post diem si invenirem in Tabula eandem horam XI. subtrahem 4 horas, & dicarem eis Noctis horas VIII, & sic deinceps.

Asseratio. Eset, quod hic assertemus à Arte Horas quoque *Babylonicas*, *Italicas*, *Angliae*, seu *Indicas* ex hac ipsa Tabula ediscendi nec non alias in alias Horas convertendi: quen in finem jam Tabellam in gratiam eorum, qui bus quilibet Hora pretiosa est, adornaram; sed ego nimium longus fiam.

PAREGIA GNOMONICA.

I. Dies Naturales non sunt toto Anno sequales: sed longiores in Hyeme, quam Vere, vel Autumno; brevissimi in Estate & quidem per Universum Orbem.

II. Quod siunc de Hyeme dicitur, olin dici poterit de Estate; sed nunquam ita de Vere, nunquam de Autumno.

III. Potest Ingolstadij Horologium Sciathericum construi, quo Umbra Styli quotidie regrediatur ad eadem lineas horarias; cuius generis si fuisset Horologium Achaz, vacasset id tanto miraculo, quantum nunc merito admiramus.

ARTICVLVS V.

Problemata Geometrica.

PROBLÉMA XLIII,

Angulum quocunque datuope Tabule mensurare.

O Mitto, quæ Instrumentis alijs Geometris iam tritis communia sunt, satisque habes, ea à Tabula nostra non esse aliena. Quare nihil dico de usibus Quadrantis, quem ex prima Constructione novimus inesse Tabulam nostram: nihil de modo metiendi Altitudines, vel ex Plano, vel ex ipsa Altitudine, ad incidentiam Perpendiculi in 45. Gradum; quo casu absque alia Calculatione constat Altitudines esse æquales Distatijs: neq; de Resolutionibus Trigonometricis, quibus ex invento per Quadrantem quoevergue Angulo, & uno latere cognito eruitur ope Tabularum Siniuum Longitudo: neque de illa Industria, quæ per solas lineas in arena, vel charta ductas, absque calculo Euthimetria absolvitur: neque de Problemate illo nostro, Trigonometrico tandem quavis Longitudines absque illa Calcula-

CAPUT TERTIVM

lionem, aut Sinuum Canone perverstigandi. Solam ea attingam, qua Tabula huic magis peculiaris sunt, & opéra minūs. Ad propositum Problema sic acceditur.

Sit metiendus Angulus AB ℓ , in fig. 2. Ex. B., Intervallum quocunque v. g. B ℓ , describatur occultus Circulus, & juxta eandem Circini aperturam removeatur Gemmula Perpendiculi ab apice Brachioli existente in Tabula puncto B. Perpendiculum autem liberè desuatin*I.* Accipiatur deinde Circino Arcus inter Lineas B ℓ , & BA, in fig. 2. interceptus, & crit intentum. Si enim unus pes Circini ponatur in illo puncto Linea B ℓ , in Tabula, in quo jacuerit Gemmula, tuncque filum tamdui removeatur à Linea B ℓ , donec ab altero Circini pede Gemmula (quam interior in filo oportet nihil esse motam), posuit contingi, mostrabit filum in CE, vel CD, gr. intercepti Arcus, qui sit mensura dati Anguli, ex. gr. 33. G. Res citoius peragitur, quam describitur.

PROBLEMA XLIV.

Cum Recta data Angulum ad postularos Gradus confluere.

Hoc Conversum est prioris. Quare descripro ex data Recta BA, in eadem fig. 2. punto B, intervallo quocunque BA, Circulo occulto, & ad idem intervallum remota à Vertice Brachioli Gemmula, extendatur filum per assignatum gradum in CD, vel CE. Accipiatur deinde Circino intervallum à puncto, in quo tunc jacet Gemmula, ad punctum, in quo jacet b ℓ , si filum in Tabula promoveris ad Lineam B ℓ , & hoc Circini intervallum absceder ex Circulo occulto, quem recens jussimus in fig. 2. duci. Arcum Anguli ad gradus petitos.

PROBLEMA XLV.

Altitudines Verticales metiri ex una Statione, cum Basis Altitudinis accedipossit, absqueulla Calculatione.

Sit in fig. 12. metienda Altitudo b d. Erecto Altero Pinnacido in H, altero relieto in G, ut in Definitione Scala Altimetra praecepsum est, positio Brachioli Apice in B.

1. Recedatur à Basi b, 12. Pedibus (vel 12. Passibus, Perticis &c.) usque v. g. in a, vel statim, ut punctum quodcumque a, pro Statione, & in-

tervallum ab dividatur in 12. Pedes, vel Passus, vel Perticas, &c.

2. Per Pinnulas HG, prospiciatur Altitudinis Vertex d, notenturque partes in Scala Altimetra FL, à filo abscissa; tot enim Pedum (vel Passum, vel Perticarum, &c.) erit Altitudo b d, inquisita; præterquam, quod Altitudo tunc statuta usque ad Oculum adiencia sit.

Quodsi ex ipso Vertice d, libeat Altitudinem explorare, 1. Despicere per Pinnulas GH, in subjecti plani punctum v. g. 2. Distantia ab b, jubaratur dividi in 12. Pedes (Perticas, Cubitos &c.) notenturq; partes in Scala abscissa; tot enim præcise Pedum (Perticarum, Cubitorum &c.) erit Altitudo b d.

Et enim Linea B F, in Tabula, quidam Quadrati *Gnomon* est, seu *Scala Triæ*, ut Geometri vocant; ipsa vero Linea F L, quam *Scalam Altimetram* diximus, est *Vimbra Versa* productio, & quidam in ijsdem partibus, qualium 12. habere Linea B F, intelligitur. Et quoniam *Gnomon*, & *Vimbra Versa* Anguluss Rectus ad F, continent, accidente Perpendiculo ex B, deciduo, efficietur Triangulum Rectangulum Simile illi, quod efficitur à Distantia v. g. ab (in fig. 12.) tanquam *Basis*, cui in Tabula responderet Linea B F, & ab Altitudine b d, tanquam *Cateto*, cui in Tabula responderet Linea FL, & a radio visuali à tanquam *Hypotenusa*, cui in Tabula responderet Perpendiculum; ergo per 4. 6. *Euclei* sicut Linea b d, se habet ad partes abscissas in Scalam F L, ita se habet Distantia ad Altitudinem; & viceversa. Latera enim circum æquales Angulos Propositionalia sunt per eandem 6. *Euclei*.

PROBLEMA XLVI.

Distantiam ex una Statione à termino inaccesso metiri, circa calculam.

Sit in eadem fig. 12. ut etienda ex Statione b, Distantia b a, inaccessa, 1. Altitudo b d, tunc statuta usque ad oculum dividatur in 12. partes æquales, v. g. 12. semipedes tuorum pedum.

2. Per Pinnacida G F, aspiciatur terminus a, notenturque partes in Scala Altimetra F L. abscissa, tot enim eiusmodi partium erit Distantia b a, cuiusmodi di 12. tunc statuta b d, fuit.

Hoc Problema quadammodo est conversum Prioris, v. g. in quo ex præfigita Altitudine statut-

(Mensuris) indagatur Distantia incognita: ac proinde eadem est utriusque Demonstratio.

Consecutum.

Hac arte metiri momento citius licet Fossas, Flumina, Lacus &c.

PROBLEMA XLVII.

Altitudines Verticales inaccessas metiri ex unica statione, ac sine Arithmetica.

Sit in fig. assumpta 12. mensuranda Altitudo S_{bd} , ex statione a , inaccessibilis.

1. Mensuretur Distantia ab , per Problema proxime precedens, & dividatur in 12. partes.

2. Suspicere per Pinnulas HG, Altitudinis Apicem d , & vide, quot interim à filo absinduntur partes in Scala Altimetra FL, tot enim partium, qualium Distantia erat 12. est Altitudo, addita tamen statuta in ab oculo;

Deducitur ex veroque Probl. proxime antec-

PROBLEMA XLVIII.

Altitudines Nubium, aut Trabium Calustum parifelicitare metiri.

Sit metienda Altitudo Nubis, cuiusmodi tempore tranquillo, Estate mediâ, è celo suspendi aliquantò sublimius solent. Nam Nubes fulmine ac tempestate grassantes, plerumque plus quam 600. pedes, aut tres B. V. hic loci Turres, quas fingeremus sibi impositas, non eminere terris, utcunque habetur pro comperto. Igitur assumptâ fig. 12.

1. Seligatur datæ Nubis (eadem est de Trabe gatio) punctum d , v. g. medium aut extremum, sedque per Pinnulas HG, tamdiu in aperto quedam campo suspiciatur, donec Perpendiculum exactè conguat Lineæ BI, stationis locum illum v. g. b , signo aliquo connorando.

2. Discedatur ab hoc signo b , viâ rectâ ad 12. Perticas (Passus vel Stadia, &c.) usque in a , dire, & quæ oculari radio per Pinnulas HG, rursus aspiciatur idem Punctum Nubis d , & partes ab, scilicet in Scala Altimetra dabunt Altitudinem Nubis in partibus, qualium Distantia $a b$, habet duodecim.

Habet enim se Altitudo Nubis ad Distantiam geminarum stationum in campo, sicut Linea Recta ab , ad $b\alpha$, in figur. 12. quarum Propor-

tionem cum partibus Tabula datio Problemae 46. demonstravimus.

PROBLEMA XLIX.

Superficiem Areas ope Tabula di- metiri.

1. Sit mensuranda Area Campestris Quadrangula Rectangula. Ex. gr. $a b c d$, in fig. 13. Mensuretur ope Tabula duo latera eundem Anguli Rectum complectentia, in certis partibus Geometricis, & ducantur in sece. Productum erit Superficies Area: cuiuscunque Rectangulæ.

2. Sit mensuranda Area Triangularis, c. g. $a b d$, in fig. 12. Mensuretur ope Tabula unum ejus latus, & Linea perpendicularis, qua cogitur ex opposito angulo in illud latum tanquam basin demissa. Nam haec perpendicularis multiplicata per semissim baseos dat Arcam Trianguli cuiuscunque.

3. Sit mensuranda Area Parallelogrammi non Rectanguli, cujusmodi sunt Rhombus & Rhomboides. Mensuretur unum eius latus, & Linea perpendicularis ab opposito latere in id demissa. Partes enim lateris illius multiplicatae per partes perpendiculari dant Arcam quadratam.

4. Sit mensuranda Area Polygoni Regularis cuiuscunque. Dimetriatur ope Tabula Linea perpendicularis ex Centro figurae in unum eius latus educta. Hoc multiplicetur per semiambitum polygoni, productum dat Aream. Porro ut semiambitum faciliter assequatis, multiplicata prius eandem perpendiculari per semissim lateris; nam productum dat ipsissimum semiambitum. Figurae Polygona Irregularis Aream metitur, resolvendo eam in ruera Triangula, & ista metiendo.

5. Sit mensuranda Area Circuli. Mensuretur beneficio Tabula Linea ex Centro ad Peripheriam educta, seu Semidiameter Circuli, & Linea Semiperipheria equalis. Nata hæc Linea ducta in sece, dant mensuras Quadratas Arce Circuli dati prope veram. Aio prope veramaret enim hactenus Quadratura exada Circuli. Idem obtinetur si quartam Circumferentiae partem in rotam Diametrum ducas. Porro Semiperipheria

CAPUT TERTIUM

36 ex Semidiametro Iovenius, si dicas per Regulam Auream 7, dant ex gr. 160. Mill. Ger. Semidiametri Terræ, quid dant 22? Productum enim Mill. Ger. crit Linæ Rectæ Semiperipherie, per celebrem Archimedis Regulam, quæ proxime æqualis.

6. Sit mensuranda Superficies *Conorum*, *Cylindrorum*, *Globorum*. 1. *Conorum* Superficies resultat ex Semiperimetro Baseos in cuius Latus ducta. 2. *Cylindrorum* resultat ex Peripheria Basos in Altitudinem ducta. 3. *Globorum* Superficies (uxtra Archimedæ de Sphera propos. 1) resultat ex Area Circuli in data Sphæra Maximi quadruplicata. Vel tota Diametro in totam Circumferentiam ducta Demonstrationes apud quovis Geometras sunt paucim obvias.

Scholium.

Sicut in *Euthimetria* omnia revocantur ad Mensuras Simplices, seu Lineas Rectas: sic in *Geodesia* omnia ad Mensuras Quadratas, & in *Stereometria* ad Cubicas. Sed demus inveniendi Superficies Globorum,

Exemplum. Cupio scire, quo Milliarium Germanicorum sit Superficies Globi huius Terraquei. 1. Area Circuli Maximi Globi Terræ per membrum: hunc Problematis (supposita Peripheria Circuli Maximi juxta Longomonitanum, Appianum, Germanam Frisium, Keppelium, Maginum, Blançanum, aliosque, Millarium Germanicorum communam 1400.) uno scilicet ejus gradu. 15. Mill. Germ. ex equiiente: Hec supposita Diametro Terræ per eisdem circos Authores 1720. proximit. Mill. Germ. est. 232200. Mill. Germ. Quadratorum. 2. Hanc Aream multiplico per 4. & prodecent 9288000. Mill. Germ. Quadrata, Superficies convexa universæ Terræ. Sunt plures modi has ipsas Grandes absolvendi.

PROBLEMA I.

Soliditates Corporum metiri.

3. Sit merienda Soliditas *Parallelopipedi* v.g. scrinij. Oblongi, aut Cubici. Inventa per Probl. precedentis Basis Quadrata ducatur in Altitudinem productum est Soliditas quesita. Eodem modo mensuratur Soliditas *Prismatum*, & *Cylindrorum*.

4. Sit mensuranda Soliditas *Pyramidis*, vel

Coni. Inventa per Probl. precedentis Basis in mensura Quadrata ducatur in tertiam partem Altitudinis *Pyramidis*, vel Coni, & erit propositum. Nam Pyramis est tertia pars Cylindri, vel Prismatis super eadem Basi, & sub eadem Altitudine constituti, per 7. & 10. lib. i. 2. Eucl.

5. Sit mensurandum Corpus Regularare. Ex eadē Bimensio eadem est, quæ Cubi; Triangulare eadem, quæ *Pyramidis*; Octaedri eadem, quæ geminae *Pyramides*; Dodecaedri & Icosaedri Dimensionis, est Dimensio tot *Pyramidum*, quæ sunt in eius latera, quæ nihil sunt aliud, quæ totidem Bases *Pyramidum*; quarum Vertices in Centro confluunt.

6. Sit mensuranda Soliditas *Corporis Irregularis*, c. g. Statuæ. Geometricè mensurantur Irregularia, si resolvantur in Regularia, & hæc mensurantur modo dicto. Quoniam verò sepe reg. Solvi vix, sepe planè non possunt, soleamus hæc praxi uti.

Imprimatur Statua Arce Oblonga, impletarque aquâ, sic, ut tota Statua operietur, notata summa in Arce lateribus superficie aquæ. Extractâ deinde statua ruelsum noceatur superma aquæ vestigia, & est propositum. Nam Altitudine inter duos hos terminos ducta in Basim Arce est Soliditas statuz, per 1. membrum hæc Problematis.

5. Sit denique mensuranda Soliditas *Sphæra*. Semidiametrum Sphære ducatur in tertiam partem Superficiei Convexe, & prodibit Soliditas Sphærae in mensuris Cubicis requisitis. Vel, duas tertias partes Diæmetri ducantur in Arcam Circuli Maximi, per membrum 5. Probl. 4.8, inventam, & idem erit. Vide Clavius Geom. Pract. l. 5. Villalp. de Appar. Urbi & Templi p. 2. 4. Sicque huius Stereometria.

Exemplum. Cupio scire, quot Mill. Germ. Cubica contineat Sphæra hec Terraqua, Semidiameter ex Probl. precedentis, scitur esse Milliar. Germ. Simplicem 160. Tertia pars autem Superficiei Convexe est Mill. Germ. Quadratorum 10.6000. Quibus ductis in sece prodic Soliditas Terræ Milliarum Germanicorum Cubicorum 2662 50000.

PAREG A GEOMETRICA.

I. Amplissimus Terra Campus plus gran-

AVCTARIVM.

minis, fragmenti, ac atborum ferre pos-
test si sit perfecte Sphericus, quam si
perfecte Planus.

II. Clivus aut Mons quiscunque yastis i-
mus, ac praetulus, id cinque undiq; fer-
tilis, non potest plus herbae, fructuum,
aut domorum fere, quam ille Cam-
pus ferret, cui insit Mons.

II I. Si Inferius amplitudine suâ exsequa-
ret Sphaeram ad unum mill. Germ. ex-
tentam, id est, cuius Dianetus longa
foret unum Mill. Germ. capere is pos-
set hominum 598 39 45 78 2, (quot
vix morientur annis 1540). et si quo-
tidie 100000 morerentur) si etiâ cui-
libet eorum 7. pedes solidos, quod spa-
cium quovis feretro majus est, tribue-
remus.

AVCTARIVM.

Sive

EXPEDITA METHODVS
Quaslibet Mappas Geographicas
conficiendi,

Mappa omnis Geographicâ est quadam O-
ptica Terrestris Globi suis Circulis distincti
in Plano Projectio. Quare conjecturo huius-
modi Mappas prestantia tria sunt. 1. Aspicien-
dus sub certo situ Globus est, seu, quod idem,
figendus ad certum Globi punctum oculus; 2.
Formandum in Plano unum ex 8. Systematis,
3. Systemati Loca inscribenda.

De Oculo rite collocando.

Hoc habent Optici, rem effigiandam oculis
aspiciunt, aut certe aspexisse sibi videntur,
& quicquid aspectu illo haustrum est, ex ordine
in Plano profundunt. Hinc illis eot passim de
collocando oculo, deq; Distantia Punctis pra-
cepta. Nobis in presenti satia est, duplicito illi-
mum ponit oculu loco posse: vel in Polo Mun-
di, & ita positus est in systemate figura 3. fig. &
7. ubi conspiciendus venit primum ipse Polus
Mundi, deq; circa Polum Zona Frigida, &

Temperata zoca. Tertio ad usque Equatorem
fusa: vel in Polo Meridiani, & ita positus est
oculus in Systemate fig. 1. 2. 4. nec non 5. 6. 8.
quamquam ferre ex infinita Distantia, ubi in
oculum incertis Semicirculus Äquatoris, rotus
Meridianus & ambo Poli.

De Systemate efformando.

I Nicio dixi, nihil esse aliud Systema, quam cer-
tam Circulorum Sphaerae dispositionem. Sunt
que Systematum huiusmodi genera quam plu-
rima. Ego tibi ex octo optione facio, quorum
prima 4. accutiora, atque ad Leges Opticas
saciens elaborata: 2. presentem Gemmæ Frisiij:
ac 3. quod Prolemox adscribitur, Mappis Ge-
neralibus concianandis apta: extera 4. pauld
radiora sunt, Partialibus magis cmoda Tabula.

Systema 1. ex Guillermo Sansonio deprom-
ptum describere supra Cap. 2. Art. 2. docuimus,
estque hoc ipsum Nostræ Tabulæ Systema: cuius
genua aut Analysin fig. 8. refert. Locus oculi in
hoc Systemate construendo, aut non attenditus
certus, aut infinite removetur.

Systema 2. oculo in axe Meridiani, vel potius
Horizonis Recti, constituto, hâc solertia com-
paratur. 1. Describitur recta fig. 2. ex Centro E,
intervallo quocunq; EA, Circulus ACBD, inq;
suos gradus dividitur, veluti Meridianus aliquis,
vel potius Horizon Sphaerae Recta, quâ Sphaera
hic ponitur habere oculus in E, punto Äqua-
toris locatus. 2. Ducantur decussationis due recte
AB, tanquam Äquator, & CD, tanquam Meri-
diatus aliquis. 3. Uterq; in suos gradus dividatur,
hoc modo. Cum oculus in E, collocatus intelli-
gatur elevatus supra Plano ad Distantiam can-
tam, quanta est Semidiametrum EB, vel ED, i-
deo Distantia oculi statui potest in B, & in D.
Ducti ergo ex B, ad singulos, aut saltum decimam
quosqne Peripherie CAD, gradus, radij Optici
secebunt Rectam CD, in suos gradus. Ducti
vero ex D, ad singulos, aut decimos saltum gra-
duis Peripherie A CB, secebunt Äquatorem
quoque AB, in suos: ut ab fig. 2. cernit. 4. Tropi
fig. & Polares 4. 4, proibunt, si per inventa tria
puncta 3. fig. 2. G, cum dimidio ab Äquatore,
& per puncta 4. 4, idem 23. G cum dimidio 3.
Polemota, Arcus in eadem fig. expressos 3.

usa Postulatum Nostrum & inscribitur. *Bâde opera* ducente libe*bie omnes Parallelos desideratos*. Deniq*ue Meridiani per 10. quosq*ue* & quinoctia*lis BA, gradus ducentur, si ad tria pânta, quorū* duo semper in Polis, tertium in *Æquatore sunt*, juxta recens citat 6. Postulatum describatur Arcus: cuiusmodi est *in hac ipsa fig. 2. Arcus C* in D. Meridianorum ille Primarius erit, cui Insula*lam utique Palma innexueris.**

Systema 3. oculo in Polo sito, sic efficiuntur 1. Ducto *in fig. 3. Circulo ACBD, Æquatore, &* duobus Cotidis, seu Meridianis, A B, & C D, se*cantibus* se ad normam in E, Polo mundi, dividatur & *Æquator in suos gradus æquales, Col*luri vero in gradus inæquales eo more, quo *in fig. 2. Rectas CD, & AB, diximus dividendas.* 2. Numerentur ex E, ad 4, 2, 1. G. & dimidiis, ac i*ntervalllo* 8°, describatur Circulus Polaris *i. 14.* item à B, ad g, eidem 2, 1. G. & dimidiis, ac intervallo E.g. describatur Tropicus g/hf. *Eâdem* vero ra*tione, atque ex eodem Centro E, duci solent Pa*ralleli, quotquot commode porerunt duci. 3. Deniq*ue Meridiani Lineis Rectis omnes ex E, ad decimatos quosque Äquinoctialis gradus ed*ucuntur, ut *in fig. 3. abunde cernis insinuatum.*

Systema 4. quod *fig. 4.* exhibet, non differt à 2. nisi tribus. 1. Quod Tropicos, Polares, ac Parallelos omnes Lineis Rectis effera*t. 2. Quod tam* *Æquator A B, quam Meridianus ille D C, in partes æquales dividatur. 3. Et præcipue, quod non sine maxima gratia alterum quoque Hemispheriū hinc atque inde prolixiā, adeoq*ue, totum* Ordē Terraqueum sub unum conspectū ponat.*

Ducuntur autem Meridiani inter primarium quidem Circulum, intervallo E C, descriptum, contenti, prorsus eadem methodo, quā *in fig. 2.* exp̄lesi sunt. Ceteri autem utrinque noveni, aperturæ Circini, quā descriptus est primarius Circulus, describuntur. Atque haec 4. Systemata Universalia dicere & Catholica liberum Fratio, quod Mappis Universib*us* accommoda*sunt.*

Systema 5. juxta *fig. 5.* non est diversum à Sy*stema 1.* nisi quod Meridianos dividat in gra*duis æquales, cum Systema 1. dividat in inæqua*les: & quod illud *Æquatorem* sicut, hoc Semidiametrum *Æquatoris* exhibeat.

Systema 6. apparetur 2. *Systema Lineis ca*-

men Rectis suos exhibens Circulos; præterquam quod *Æquatoris AB, & Meridiani CD, gradus* habet æquales.

Systema 7. non abicit à genio terrij Systematis, nisi quod & Meridianum A B, & Meridianum C D, (Colores voces licet) in gradus, æquales dividat.

Systema 8. duplex est, partim ex secundo, partim ex 4. trahens originem. Certe Hemisph*rium* Boreale non degenerat a Systemate 4. secundum medium sui acceptū. Hemisph*ri* uni Austrinum ad 2. Systema accedit proprius, quod non tantum Meridianos, verum etiam Parallelos *Æquatoris* curvos habeat, dissentient tamē e*d*, quod *Æquatem ex Polo D,* descriptum curvum habeat, & Parallelos *Æquatoris* curvos, & quidem Concentricos omnes.


Systemati Loca inscribere.

1. *D*elige unum ex praescriptis Systematis; & quidem ex quatuor primis, si Mappa Universalis præ manibus est: ex posterioribus quatuor, si Particularis. Deligendum autē cum respectu ad illas Plagas, quas Mappa inclusas volumus: videlicet Systema 3. aut 7. cum Plaga circum Polos Mundi posita delineand*z*: alia Systemata, cum Plaga circa *Æquatorē*, vel Tropicos sit*e* describend*z* sunt. 2. Appende unius ex Meridianis, quem volueris Primum esse, Insulan*z*, vel Tencriffam, vel Corvi, vel aliam, & quidem, si me consulē audis, cum Ricciolo Palmam: hoc enim pasto Primum Meridianū, hoc est, initium Longitudinum designā*ti*. 3. Exscribe ex Longit*ude* Latit*ude*. Tabulis illa loca, quæ ad destinatā Mapam pertinent, scōsim, una cum sua Longit*ude* ac Lat*itude* reperta. Quodsi aliqua minutiora loca non repertas, instituenda erit Chronographica quædam operatio, qua ex uno Loco cognito ad eicūm jecta Loca facilis obteinēri dimisio solet. 4. Operare juxta Prod*l. 2, 3.* de Mappam absolvisti.

Exempli Mappa Universalis juxta Systema 1. exhibet Tabula Nostra Geographico-Horologa, Primo tamen Meridianō per Tencriffam ducto.

Exemplum Mappa Particularis exhibet juxta Systema 6. Tabula Provinceia Germ. Super, hīc seorsim excusa, quāquam Primo Meridianō sup*posito* illo, qui per Insulam Corvi deductur.

T A B U L A



Tabula Latitudinum & Longitudinum Nova.

AVTHORE

